UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

56. Vt Amplivs Sorores Non habeantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

Visual Library

VT AMPLIVS SORORES NON habeantur. 56.

Sorores quidem ampliùs periculoſum eſt coadunare; quia antiquus hoſtis femineo conſortio complures expulit à recto tramite paradiſi. Itaque fratres chariſsimi, vt integritatis flos inter vos ſemper appareat, hac conſuetudine amodò vti non liceat.

VT FRATRES TEMPLI CVM excommunicatis non participent. 57.

Hoc, fratres, valdè cauendum atque timendum eſt, ne aliquis ex Chriſti militibus homini excommunicato nominatim ac publicè aliquo modo ſe iungere, aut ſuas accipere præſumat, ne anathema maranatha ſimiliter fiat. Si verò interdictus tantùm fuerit, cum eo participationem habere, rem ſuam charitatiuè accipere non immeritò licebit.

QVALITER MILITES SECVlares recipiantur. 58.

Si quis miles ex maſſa perditionis, vel alter ſecularis ſeculo volens renunciare, veſtram communionem & vitam velit eligere, nō ei ſtatim aſſentiātur, ſed iuxta illud Pauli, probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt, & ſic ei ingreſſus cōcedatur. Legatur igitur Regula in eius præſentia, & ſi ipſe præceptis expoſitæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN